

pœnitentia agitur & semper à lapsu resurgitur. Quod cum non faciant impœnitentes, carni suę quidlibet indulgentes, & sub peccato regnante constituti, nec proinde hi tales meritũ Christi sibi possunt asserere. Nam sanguis Christi pedibus conculcatus, medicina esse non potest.

CAPUT XVII.

CHRISTIANORUM HÆREDITATEM & bona non esse de hoc mundo, quos proinde ut advenas illis uti oportet.

1. Timot. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.*

*Omni-
b9
cũ timo-
re ad ne-
cessitatẽ
modo u-
tendum.*

Cum summus De9 bona tempora-
lia eo fine creaverit hominiq; sit
largitus, ut corporis vitæq; cadu-
cæ & alias ex se ruiturę fulcra quædam
& sustentacula necessaria, æquum est
illa non alio convertere, sed omnia à
clementissimo Deo cum gratiarum a-
ctione timoreq; & tremore suscipere.
Quæcunque vero præter necessaria a-
bun-